



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiū Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Arsenio. 88.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71898)

modi vt nihil ipsi desit, quod ad bene beateque viuendum pertineat.

Ad Sandalarias, Alexandrinas Monachas. 87.

Mulieris sexus femina nō excusar.

Dan. 13. Iudic. 11. Iudic. 13.

Thecla.

Matt. 25.

Excusationem nescit natura: veniam femina non habet. Potest enim fortiter ac strenue aduersus mollitiem impetum facere, cupiditatumque machinas atque tormenta firmiter propulsare. Documento sunt, celebris illa Susanna, cum filia Iephte, & admiranda Iudith. Quarum prima senum intemperantem libidinem in iuuenili aetate superauit. Altera mortem quoque magno animo suscepit, atque cum virginitate praeclare abscessit. Postrema pro castitatis praemio hoc a Deo accepit, vt tyranno necem afferret. Adde muliebriū victoriarum ac trophaeorum caput, hoc est illam omnium laudibus celebratam Theclam, quae tanquam immortalis pudicitiae columna profat, quaeque e media turbidarum affectionum tempestate tanquam fax accensa, ad portum ab omnibus fluctibus immunem appulit. Quocirca si ad hunc modum laudes vestras tanquam praecoris voce praedicari cupitis, inextinctas vestras lampades conseruate (statim enim sponfus affuturus est:) neque committite, vt vos ullus voluptatis somnus deprimat, qui socordes ac somnolentas extra thalami fores retinet.

Arsenio. 88.

Luc. 18.

Si Phariseus, cum ea fecisset quae iactabat, propterea condemnatus quia se iactauit, quid te iactas, garruens duntaxat, ac non item boni aliquid faciens: teque grauiori poenae obnoxium reddens, quam qua Phariseus multatus est; cum tamen nihil reprehensione dignum admisisset, verum hoc vnum illi crimini datum fuisset, quod de probis actionibus gloriaretur.

Isidoro Episcopo. 89.

Omnes quidem, si fieri posset, mulierū coetus atque colloquia defugere oporteret,

καὶ περιβλεπτός, καὶ οὐδ' ἐνός τάρξ ἐυζώων λευπόμορος.

Μοναστρίας ἀλεξανδρίνας ταῖς σανδαλαρίας. πζ.

Οὐκ οἶδε παράπτωτον ἢ φύσει, οὐκ ἔχει συγγνώμην τὸ θῆλυ. διώεται γὰρ γεννάως κατεξανάσθαι τῆς χωνώσεως, καὶ διαπορεύεσθαι σερρώως τὰς τῆς ὀπιθυμιῶν ἐλεπτολεῖς, καὶ διδάσκαλοι τέτε, Σωσάνα ἡ εὐκλείης, καὶ ἡ θυγάτηρ Ἰεφθέ, καὶ ἡ θαυμαστὴ Ἰσθλθ, ἡ μὲν γερόντων ἀπολασίαν νικήσασα ἐν νεότητι, ἡ δὲ ἐξ θανάτου ἀνδρείως ἐλομένη, καὶ τῆ παρθένα σωματελθέσα ἀοιδίμως. ἡ δὲ μοδὸν τῆς σωφροσύνης, δυνάμει πῶτα θεῶν ἐληφῆσα, τυραννοκτόνος γενέσθαι. καὶ τὸ κεφάλαιον τῆς γυναικείων νικῶν καὶ προσώμων, ἡ σωρευμένη Οὐκλα, τῆ λι ἀώνιος ἀργείας ἐπέστα, καὶ ὡς πυρρός ἐν μέσῃ τῶ κλύδωνος τῆς παθῶν ἀναφθεῖσαι, εἰς τὸ ἀκλίμονα κατέβησα λιμένα. εἰ τοίνυν ἔπος ἀναρρήθηναι ὀπιθυμεῖτε, τὰς λαμπάδας ἀσβέτους τηρήσατε. ὁ γὰρ νυμφίος ἐκθῆς πῶτα γίεται, καὶ μηδεὶς ὑμᾶς ὑπὲρ ἡδυπαθείας ἀνακλίνῃ, ὁ ἔξω τῆς θύρας τῶ νυμφῶνος τὰς ὑπηλάς καὶ ραθύμους κατέσθαι.

Αρσενίω. πη.

Εἰ πρῶτος ὁ φαρισαῖος ἀκνωχέσατο, οὐ τί καυχώσθαι λαρυγγίζων ἀπλῶς, καὶ οὐ πρῶτον χειρῶς, καὶ χείρονος ἑαυτοῖ ποιῆν, ἐνοχον κρίσεως, ἢς ὁ φαρισαῖος ὑπεμεινεν, ἔδεν μὲν ἄξιον μεμψῶς πεπραχῶς, μόνον δὲ τιμῶ οἴησιν τῆς εὐπραγίας ἐγκληθεῖς.

Ἰσιδώρῳ ὀπισκόπῳ. πθ.

Πάσας μὲν, εἰ οἶόν τε, ὀμιλίας γυναικῶν ἐκτεπέσθαι δεῖ, ὡς ἐχούσας τινὰ